



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Franciscus Sanctae Mariae in Porticu Cardinalis Maidalchinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

**Franciscus Sanctæ Mariæ in Porticu Cardinalis
Maidalchinus.**

Beatissime Pater. Si Diuinæ oraculo veritatis, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia thesauris, ille beatus est vir, & meritò fecisse dicitur mirabilia in vita sua; multò certè beatior, multoquè mirabilior dicendus erit Beatus Thomas de Villanova Valentiae Antistes, qui non modo quicquid habuit auri in opulentissima Ecclesia, quicquid thesauri, id totum profusissimè in pauperum sru collocauit, ubi neque ærugo, nequè tinea demolitur; nec fures effodiunt, aut furantur; sed pluribus etiam parratis miraculis probè ostendit, quam sit mirabilis Deus in Sanctissuis. Tam Beatum ergo, tamquè mirabilem Virum iungat Sanctitas Vesta, de more Sanctorum choris, ut illum noua hac honestatum pompa, intercessorem habere mereamur in Cœlo. Sic enim futurum confidimus, ut tota statim Ecclesia, beatam pariter ac planè mirabilem consequi debeat tranquillitatem, & pacem.

Carolus Sancti Cæsarei Cardinalis Barberinus,

Beatissime Pater. Christi Vicarij dignitas quantas sit, hoc maxime liquet, quod mortales supra sortem mortalium iam positos, solus ipse confirmet: Principes enim in Terris constituer, alijs quoque concessum: in Cœlis autem declarare, huic uni datum. Beatum vero Thomam à Villanova horum numero S. V. decreto esse adscribendum, omnipigenæ persuadent virtutes, quæ in eo ad Archiepiscopatum, reludanti licet, eucto, potissimum micuere. Si enim erga Ecclesiam suam studium spectemus; prodesse illi maluit, quam præesse: si sollicitudinem in egenos, eorum postulationes, vel præuenit, vel superuenit: Si denique charitatem, & beneficentiam in omnes summæ diuinarum affluentia iunxit paupertatem: Perfectionis nimirum exemplar vel ipsa dilectione se præbens, qua una omne instauratur mandat.

M tum,